

justificationem; Gal. 3. v. 21. 2. Quoad maledictionem Gal. 3. vers. 13. 3. Quoad rigorem exactio[n]is, Gal. 5. v. 18. Rom. 8. v. 1. 4.

24. Sed quod attinet ad doctrinam & obedientiam, lex moralis non est abrogata, sed æterna & immutabilis.

DISPUTATIO XII.  
DE DIVISIONE LEGIS.  
THESIS I.

**L**Ex moralis est lex æterna.

**L**2. Quam Deus subinde clarius hominibus revelavit:

3. Ante diluvium distinctis vicibus, Gen. i.

4. 2. 4. 6. Vide etiam Matth. 19. Gen. 3. 4. 6. 8.

4. Post diluvium etiam sæpè repetivit, sed per partes: donec Anno Mundi 2454. in monte Sina solenniter per Mosen totum Decalogum promulgaret.

5. Idq; propter has causas. 1. ut esset manifestum testimonium de notitiis legis naturalibus. 2. ut quæ per peccatum extincta erant in lege naturali, sua voce iterum patefaceret, & obscura rectius explicaret. 3. ut interposita divina autoritate, diligentior haberetur ratio testimonii conscientiæ. 4. Ut nos adduceret in veram agnitionem nostræ miseriæ, ut ægrori suspireremus ad redemptorem & liberatorem. 5. Ut esset medium seu instrumentum, per quod Spiritus sanctus arguat mundum

E

dum